



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



## EULALIA

### European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)

(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

### O3: European Latin Language Certification – Advanced Level - Methodological and Pedagogical tools, Multimedia Practical Tools

## Test

(Swedish Version: 30.09.2022)

#### Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

#### Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



#### ERASMUS+

EULALIA (2019-1-IT02-KA203-062286) is an  
Erasmus+ Strategic Partnership for Higher  
Education (2019-2022)

### Test B1-första delen (förståelse)

Tröskeln för godkänt är vid **75%** (30 poäng av 40 av vilka åtminstone **4** i exemplen **5** och **6**)


Tid till förfogande: **90** minuter

#### Summarium

*In oratione pro Roscio Amerino, Cicero adulescentem defendit qui patrem occidisse accusatur. Cicero putat parricidium<sup>1</sup> faciliter credi non posse, quia hoc scelus tam immane est ut solum qui furore captus sit id facere possit. Ad hoc probandum T. Caelii exemplum ducitur.*

|    |   |
|----|---|
| 1  | De parricidio <sup>1</sup> causa dicitur (...). In quo scelere, iudices, etiam cum multae causae convenisse   |
| 2  | unum in locum atque inter se congruere <sup>2</sup> videntur, tamen non temere <sup>3</sup> creditur, neque levi                                    |
| 3  | coniectura <sup>4</sup> res penditur <sup>5</sup> , neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur.                         |
| 4  | Cum multa antea commissa maleficia <sup>6</sup> , cum vita hominis perditissima, tum singularis <sup>7</sup> audacia                                |
| 5  | ostendatur necesse est, neque audacia solum, sed summus <sup>8</sup> furor atque amentia <sup>9</sup> . Haec cum                                    |
| 6  | sint omnia, tamen exstant <sup>10</sup> oportet expressa <sup>11</sup> sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo                           |
| 7  | tempore maleficium sit admissum. Quae nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam  |
| 8  | scelestia <sup>12</sup> , tam atrox <sup>13</sup> , tam nefaria <sup>14</sup> credi non potest.   |
| 9  | Magna est enim vis humanitatis <sup>15</sup> ; multum valet communio <sup>16</sup> sanguinis; reclamitat <sup>17</sup> istius modi                  |
| 10 | suspicionibus <sup>18</sup> ipsa natura; portentum <sup>19</sup> atque monstrum certissimum est esse aliquem humana                                 |
| 11 | specie et figura <sup>20</sup> , qui tantum immanitate <sup>21</sup> bestias <sup>22</sup> vicerit, ut, propter quos hanc suavissimam <sup>23</sup> |
| 12 | lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit <sup>24</sup> (...).  |
| 13 | Non ita multis ante annis aiunt T. Caelium quendam, Tarracinensem <sup>24</sup> , hominem non   |
| 14 | obscurum, cum cenatus <sup>26</sup> cubitum <sup>27</sup> in idem conclave <sup>28</sup> cum duobus adulescentibus filiis isset,                    |
| 15 | inventum esse mane <sup>29</sup> iugulatum <sup>30</sup> . Cum neque servus quisquam reperiretur neque liber, ad                                    |
| 16 | quem ea suspicio <sup>18</sup> pertineret, id aetatis autem duo filii propter cubantes <sup>27</sup> ne sensisse quidem                             |
| 17 | se dicarent, nomina filiorum de parricidio delata sunt. Quid poterat tam esse suspiciosum <sup>31</sup> ?   |
| 18 | neutrume sensisse? ausum autem esse quemquam se in id conclave <sup>28</sup> committere eo  |
| 19 | potissimum tempore, cum ibidem essent duo adulescentes filii, qui et sentire et defendere   |
| 20 | facile possent? Erat porro nemo, in quem ea suspicio <sup>18</sup> conveniret. Tamen, cum planum <sup>32</sup>                                      |
| 21 | iudicibus esset factum aperto ostio <sup>33</sup> dormientes <sup>34</sup> eos repertos esse, iudicio absoluti <sup>35</sup>                        |
| 22 | adulescentes et suspicione <sup>18</sup> omni liberati sunt. Nemo enim putabat quemquam esse, qui, cum  |
| 23 | omnia divina atque humana iura scelere nefario <sup>14</sup> polluisset <sup>36</sup> , somnum statim capere potuisset,                             |
| 24 | propterea quod, qui tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere <sup>37</sup> , sed ne   |
| 25 | spirare <sup>38</sup> quidem sine metu possunt  |

## Glossarium

|  |   |
|--|---|
| <p><sup>1</sup> parricidium, ii: parricidium facit qui suos occidit<br/> <sup>2</sup> congruere (congruo, is, congrui, -ere): illi inter se congruunt</p>  <p><sup>3</sup> temere: leviter; sine cogitatione<br/> <sup>4</sup> coniectura, -ae: qui coniecturam facit, (mente) conicit<br/> <sup>5</sup> penditur (pendo, -is, pependi, pensum, -ere): iudicatur<br/> <sup>6</sup> maleficium, -i: scelus<br/> <sup>7</sup> singularis: mira<br/> <sup>8</sup> summus: maximus<br/> <sup>9</sup> amentia, ae (a-mens): furor<br/> <sup>10</sup> exstent (exsto, -as, stiti, -statum, -stare): adsint<br/> <sup>11</sup> espressa: manifesta<br/> <sup>12</sup> scelestia (scelestus, -a, -um): scelus in se habens<br/> <sup>13</sup> atrox: immanis<br/> <sup>14</sup> nefaria (nefarious, -a, -um): nefas in se habens<br/> <sup>15</sup> humanitas, -atis: humanum esse<br/> <sup>16</sup> communio, -onis: communionem sanguinis habent qui eundem sanguinem habent<br/> <sup>17</sup> reclamat: clara voce queritur<br/> <sup>18</sup> suspicio, -onis: dubium (e.g. an aliquis accusandus)<br/> <sup>19</sup> portentum: monstrum<br/> <sup>20</sup> figura: species<br/> <sup>21</sup> immanitas, -atis: immanis<br/> <sup>22</sup> bestias: feras<br/> <sup>23</sup> suavissimam: dulcissimam<br/> <sup>24</sup> eos... luce privarit: eis lucem sustulit<br/> <sup>25</sup> Tarracinensem: Tarracina natum<br/> <sup>26</sup> cenatus: postquam cenam habuit<br/> <sup>27</sup> cubo, -as, -cubui, -itum, -are: in lecto iacer</p> | <p><sup>28</sup> conclave:<br/> </p> <p><sup>29</sup> mane: primo die<br/> <sup>30</sup> iugulatum: occisum<br/> <sup>31</sup> suspiciosum: tale est id ad quod suspicio pertinet<br/> <sup>32</sup> planum: certum<br/> <sup>33</sup> ostio (ostium, -ii):<br/> </p> <p><sup>34</sup> dormientes (dormio, -is, -ivi, -itum, -ire): somnos ducentes<br/> <sup>35</sup> absoluti (ab + solvo): liberati<br/> <sup>36</sup> polluisset (polluo, -is, pollui, pollutum, -ere): ille se polluit:<br/> </p> <p><sup>37</sup> quiescere: somnos ducere<br/> <sup>38</sup> spirare: spiritum ducere</p> |
|--|---|

### 1 Välj den sammanfattning som bäst motsvarar textens innehåll (3)

- 1) Parricidium facere leviter credi non potest, quia solum homines in quibus maxima audacia est hoc nefas committunt. Ne ferae quidem tantum scelus facere solent, quod natura ipsa prohibet. Ad hoc probandum T. Caelii casus narratur: quamquam nemo, praeter filii, causam habuisset ut eum occiderent, illi accusati non sunt.
- 2) Parricidium committere difficilus est quam credi potest; nam qui hoc scelus faciunt non solum audaces sed etiam furore capti esse debent. Ferae ipsae a sanguine suorum se abstinent, quia natura ipsa tantum nefas prohibet. Ad hoc probandum T. Caelii casus narratur: quamquam nemo, praeter filii, occasionem habuisset ut eum occiderent, illi damnati non sunt.
- 3) Parricidium facere minus facile est quam credi potest; nam qui hoc scelus faciunt non solum audaces sed etiam furore capti esse debent. Nam homines qui parricidium committunt tam ferores quam ferae sunt. Ad hoc probandum T. Caelii casus narratur, cuius filii, cum occasionem habuissent ut eum occiderent, tamen rei facti non sunt.
- 4) Parricidium committere difficilus est quam credi potest, quia solum homines in quibus maxima audacia est hoc nefas committunt. Ferae ipsae a sanguine suorum se abstinent, quia natura ipsa tantum nefas prohibet. Ad hoc probandum T. Caelii casus narratur, cuius filii, cum causam et occasionem habuissent ut eum occiderent, tamen damnati non sunt.

## 2 Ange om påståendena ned är sanna (= verum) eller falska (= falsum) eller inte framgår av texten (= non liquet) (7)

|  | Verum | Falsum | Non liquet |
|--|-------|--------|------------|
| 1. Numquam parricidium credi potest                    |       |        |            |
| 2. Audaces esse ad parricidium faciendum satis non est |       |        |            |
| 3. Solum qui patrem occidit parricidii accusatur       |       |        |            |
| 4. Parricidium natura ipsa recusat                     |       |        |            |
| 5. Qui parricidium facit mostrum esse videtur          |       |        |            |
| 6. Caelii filii multum patrem suum amabant             |       |        |            |
| 7. Post mortem Caelii filii parricidio damnati sunt    |       |        |            |

## 3 Välj rätt svar (förståelse) (8)

Cicero dicit:

- a) saepe homines parricidii leviter accusari
- b) parricidium credi potest, dummodo multae causae inter se congruant
- c) nullo modo parricidium committi potest
- d) nullum testem credi potest qui de parricidio audiatur

qui parricidium facit:

- a) amentia atque furore capi debet
- b) eum multa vestigia relinquere necesse est
- c) iudicium fugere non potest
- d) manifestum crimen semper committit

natura:

- a) nec bestias nec homines retinere potest quin parricidium faciant
- b) semper bestias, non semper homines a parricidio prohibet
- c) semper bestias a parricidio prohibet, nisi illae monstra sunt
- d) omne nefas semper prohibet

vis humanitatis:

- a) plus quam communio sanguinis valet
- b) una cum sanguinis vi a parricidio homines prohibet
- c) ipsas bestias a parricidio prohibet
- d) minus quam communio sanguinis valet

T. Caelius:

- a) illustris vir fuit
- b) homo satis notus fuit
- c) antiquis temporibus vixit
- d) cum filiis domi cenam habuit

Caelii filii:

- a) patrem occidere potuerunt
- b) aliquid nocte sentire visi sunt
- c) noluerunt patrem defendere
- d) dixerunt nullum testem secum habere

nemo dubitavit quin:

- a) filii nocte parricidium fecissent
- b) alios domi fuissent qui caedem facere possent
- c) filiis tempus fuisse quo patrem occiderent
- d) filii tota nocte somnos duxissent

filiis suspicione liberati sunt quia:

- a) conclave ostium apertum erat
- b) timidiiores erant ut parricidium facerent
- c) ad corpus patris dormientes reperti sunt
- d) divina atque humana iura semper coluerant

**4 Välj den synonym eller förklaring som bäst motsvarar textens innehåll (8)**

**r. 1 De parricidio causa dicitur**

- a) de ratione parricidii refertur
- b) causa parricidii cuiusdam quaeritur
- c) de parricidii casu narratur
- d) crimen parricidii apud iudices agitur

**r. 3 ingenio**

- a) voluntate
- b) mente
- c) furore
- d) spiritu

**r. 4 perditissima**

- a) quae nusquam reperitur
- b) pessima
- c) audacissima
- d) omnibus ignota

**r. 7 admissum**

- a) concessum
- b) repertum
- c) factum
- d) apud iudices delatum

**r. 12 luce**

- a) vita
- b) die
- c) oculorum lumine
- d) mentis lumine

**r. 17 nomina filiorum delata sunt**

- a) filii iniurias accipiunt
- b) filii impii appellantur
- c) filii parricidio accusantur
- d) filii parricidii damnantur

**rr. 22-23 cum.... polluisset**

- a) priusquam deorum hominumque leges parricidio fregerat
- b) postquam deorum hominumque leges parricidio fregerat
- c) ad deorum hominumque leges parricidio frangendum
- d) dum deorum hominumque leges parricidio frangunt

**r. 24 ne spirare quidem sine metu possunt**

- a) tanto scelere commisso, timor impedit eos ne spiritum trahant
- b) timor impedit eos qui tantum scelus facturi sunt ne spiritum trahant
- c) tanto scelere commisso, ne se occidere quidem audent
- d) tanto scelere commisso, metu vivere non possunt

## 5 Välj rätt svar (grammatik) (8)

### r.1 *quo* är:

- a. ett proleptiskt använt relativpronomen
- b. platsadverbial
- c. relativ anknytning
- d. relativpronomen

### rr. 1-2 *etiam cum multae causae... videntur* motsvaras av:

- a) quamquam multae causae... videntur
- b) quod multae causae.... videntur
- c) ubi multae causae... videntur
- d) dummodo multae causae.... videantur

### r. 4 *cum*

- a. styr ablativformen *multa*
- b. inleder en underordnad koncessiv sats i vilken verbet utelämnats (*sint*)
- c. inleder en underordnad temporalsats i vilken verbet utelämnats (*sunt*)
- d. är en samordnande konjunktion som korresponderar med *tum*

### r. 6 *existent* är:

- a. en konjunktiv styrd av *oportet*
- b. en oberoende potentiell konjunktiv
- c. en konjunktiv styrd av *cum* (*haec cum sint...*)
- d. en oberoende uppmaningskonjunktiv / hortativ konjunktiv

### r. 10 *istius modi suspicionibus* motsvaras av:

- a. contra has suspiciones
- b. ab his suspicionibus
- c. praeter eas supiciones
- d. sine iis suspicionibus

### r. 14 *cubitum* motsvaras av:

- a. cum cubitu
- b. ut cubaret
- c. cum cubuissent
- d. cubans

### r. 17 *neutrume sensisse* är:

- a. är en utropsats med infinitiv, som uttrycker indignation
- b. en infinitivkonstruktion styrd av *poterat*
- c. en historisk infinitiv
- d. en infinitivkonstruktion med verbet underförstått (*dicit*)

### r. 22 *polluisset*:

- a. är en indirekt eller oblik konjunktiv
- b. anger relativsatsens finala funktion (*qui... polluisset*)
- c. anger relativsatsens koncessiva funktion (*qui... polluisset*)
- d. är en irreal konjunktiv

## 6 Omvandla nedanstående fraser på det angivna sättet (6)

A. r.3 neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur

**Cicero dicit** neque \_\_\_\_\_ neque accusatori ingenio\_\_\_\_\_

B. rr. 4-5 singularis audacia ostendatur necesse est  
singularem \_\_\_\_\_ necesse est

C. 10-11 certissimum est esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit

**videtur esse** \_\_\_\_\_ humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit

D. r. 17 Quid poterat tam esse suspiciosum?

**Cicero quaerit** \_\_\_\_\_ **tum** \_\_\_\_\_ tam esse suspiciosum

E. rr. 20-21 aperto ostio

postquam ostium \_\_\_\_\_

F. rr. 23-24

qui tantum facinus commiserunt ne spirare quidem sine metu possunt

**nemo dubitat quin** qui tantum facinus \_\_\_\_\_ ne spirare quidem sine metu

---

### Test B1 – andra delen (översättning)

Översätt den nedan kursiverade textpassagen

Tid till förfogande: 60 minuter

### Summarium

*In oratione pro Roscio Amerino, Cicero adulescentem defendit qui patrem occidisse accusatur. Cicero putat parricidium<sup>1</sup> faciliter credi non posse, quia hoc scelus tam immane est ut solum qui furore captus sit id facere possit. Ad hoc probandum T. Caelii exemplum ducitur.*

|    |  |
|----|--|
| 1  | De parricidio causa dicitur (...). In quo scelere, iudices, etiam cum multae causae convenisse                 |
| 2  | unum in locum atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi                         |
| 3  | coniectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur.               |
| 4  | Cum multa antea commissa maleficia, cum vita hominis perditissima, tum singularis audacia                      |
| 5  | ostendatur necesse est, neque audacia solum, sed summus furor atque amentia. Haec cum sint                     |
| 6  | omnia, tamen exstant oportet expressa sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore               |
| 7  | maleficium sit admissum. Quae nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam scelestas, tam                    |
| 8  | atrox, tam nefaria credi non potest.   |
| 9  | <i>Magna est enim vis humanitatis; multum valet communio sanguinis; reclamat istius modi</i>                   |
| 10 | <i>suspicionibus ipsa natura; portentum atque monstrum certissimum est esse aliquem humana</i>                 |
| 11 | <i>specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut, propter quos hanc suavissimam<sup>23</sup></i> |
| 12 | <i>lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit (...).</i>  |
| 13 | <i>Non ita multis ante annis aiunt T. Caelium quendam, Tarracinensem, hominem non obscurum,</i>                |
| 14 | <i>cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adulescentibus filiisisset, inventum esse</i>               |
| 15 | <i>mane iugulatum. Cum neque servus quemquam reperiretur neque liber, ad quem ea suspicio</i>                  |
| 16 | <i>pertineret, id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent, nomina</i>          |
| 17 | <i>filiorum de parricidio delata sunt. Quid poterat tam esse suspiciosum? neutrumne sensisse?</i>              |
| 18 | <i>Ausum autem esse quemquam se in id conclave committere eo potissimum tempore, cum</i>                       |
| 19 | <i>ibidem essent duo adulescentes filii, qui et sentire et defendere facile possent? Erat porro</i>            |
| 20 | <i>nemo, in quem ea suspicio conveniret. Tamen, cum planum iudicibus esset factum aperto ostio</i>             |
| 21 | <i>dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adulescentes et suspicione omni liberati sunt.</i>           |
| 22 | <i>Nemo enim putabat quemquam esse, qui, cum omnia divina atque humana iura scelere nefario</i>                |
| 23 | <i>polluisset, somnum statim capere potuisset, propterea quod, qui tantum facinus commiserunt,</i>             |
| 24 | <i>non modo sine cura quiescere<sup>37</sup>, sed ne spirare quidem sine metu possunt</i>                      |